



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Bonifacio ep[iscop]o. Cap[itulum]. clxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētibus. Fo. cxiij.

Introlisset. Equusq; dudū stimulatus vterius
procedere non posset: tandem regem ad terraz
defecit: nec ipse nec iumentum inde se mouere
valuit donec rex tentens a sancto veniam cum
liberatione percepit. ¶ Inter cetera hō regule
mādata fratres de collectis frugibus gustare
non audebant nisi ea prius abbati offerebant.
Quidam hō frater immaturam vāā conspicies
tentatione expulsus ipsam expectit: et ab ab-
bate gustandam obtinuit. Sed vt racemum ea
pere voluit serpentē in manu sua inuenit: quē
abiciens sancto nunciavit. Ille hō vbi demo-
nem esse cognouit per caudam ad ecclesiam tra-
xit: ipsumq; humana voce loqui cōpulsit q; fra-
trem ad hoc desiderio gustus tentauerat: vt si
gustasset ipm de monasterio recedere fecisset.
Quo dicto serpens crepuit et demon euauit.
Anno autem etatis sue. lxxv. apparere sibi an-
gelo et suum obitum post triduum predicente:
locellum sibi parari iussit quasi passibus centū
longe ab ecclesia sua: vbi et quiescens in pace
conditus est tertio idus maij.

De sancto Duto martyre. Cap. cxiij.



Martyr presbyter et

martyr: primo in amphipoli ciui-
tate detētus multisq; penis atq;
cruciatibus pro christi confessio-
ne affectus. Postea bizantiū que
nunc constantinopolis dicitur vsq; perductus
capitali sententiā occubuit tertio idus maij: vt
dicitur adō in martylogio.

De sancto Bonifacio martyre. Cap. cxlv.



Bonifaci⁹

martyr: passus ē
apud tarsum est
cie ciuitatem tē-
poribus diocle-
tiani et maximsiani imperato-
ruz sub prelide supplicio. Hic
cum esset seruus et procurator
rerum cuiusdam nobilissime
matrone nomine aglaie in vr-
be roma: homoq; ebriosus et adulter ac vitijs
deditus et cum ipsa eius domina dudum in su-
pro misceretur hospitalitati tamen operibus
misericordie intendebat. Tandem vtriq; diuis-
no nutu compuncti consilium habuerunt: vt ad
requirandas martyrum aliquorum reliquias
bonifaci⁹ mitteretur ad partes cillie vbi chri-
stianorum ingens persecutio flebat: quatenus
vterq; eorum orationibus martyri saluari me-
rerentur. Erant enim vterq; christiani. Boni-
facius autem recedens: dixit domine sue quasi
puberico spiritu inspirat: vt si euentre posset
ad emendum corpora martyrum secum defer-
ret. Sin autem ipsa corpus suum martyris no-

mine susciperet. In ipso autem itinere marty-
christi a carnibus et vino abstinuit propter mar-
tyrum reuerentiam: quorum corpora tractatu-
rus erat. Perueniens igitur cum duodecim es-
quitibus et tribus vehiculis ad ciuitatem tar-
sum conuersos licentiauit: vt trent ad hospitia
procuranda: ipse hō ad videndos martyres fe-
stinauit. Inuenitq; alium pedibus suspensum
igne supposito: alium in quattuor lignis exten-
sum et diutius cesum: alium vnguis exaratum:
alium manibus abscisum: alium stipite in collo
fixo a terra leuatum. Et sic per diuersa suppli-
cia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnum
deum martyrum acclamaret: et eorum se pedi-
bus prosterneret: ac illos in domino conforta-
ret: a iudice tētus et interrogatus se christianū
viva voce professus est. Quem supplicius pre-
ses iussit suspendi: et vsq; ad ossium nudationē
radi latera eius: Deinde calamos acutos sub
vnguis manuum eius configi: et post hec in
ore ipsius plumbum liquefactum infundi. Et
cū in his omnibus gratias ageret: multi ex gē-
tilibus conuersi furentes aram idoli destruxer-
unt: et presidem lapidare voluerūt. Qui timēs
furorem populi vsq; in crastinum inde secessit.
Die hō sequenti bonifacium sibi presentatum
in confessione persistentem iussit in ollam bul-
lenti pice repletam verso capite iactari. Sed
ab angelo pectus illesus permansit: olla quo-
q; sicut cera liquefacta multos de astantibus
incendit. Tunc iussit preses: vt gladio caput
eius abscideretur. Quo facto terremotus ma-
gnus factus est: et multi ad Christum conuersi
sunt. Conserui hō Bonifaciū cum vndiq; per-
quirentes: putabant eū in taberna aut in adul-
terio lasciuire. Et obutantes vni ex commenta-
riensibus: querebant eum auvidisset romanum
aliquē peregrinum: datiq; signorum indicijs:
ille eis denunciavit: ipsum die precedentē vi-
tam martyrio sic finuisse: deducensq; eos ad
locum et ostendens eis caput et corpus. Quem
illi bonifacium cognoscentes admirati: precio-
sus redemerunt: et vngentes illud aroma-
tibus: posuerunt in vno vehiculo: et reuersi
sunt dei in collaudantes. Angelus autem do-
mini apparuit aglaie olim domine sue: et rem-
gestam beati martyris indicauit eidem. Que
reuerenter sancto corpori obtulit: etq; eccle-
siam fabricans quinto stadio ab vrbe illud ibi-
dem honorifice condidit. Qui passus est pri-
mo die idus maij. ¶ Post hec aglata mundo abres-
nuncians omnem suam familiam manumisit:
et omnia pauperibus et ecclesijs erogauit.
Sumpitq; habitu sanctimoniali ieiunjs et ora-
tionibus omnibus diebus vacauit: miraculozū
quoq; signis effulsit: et exinde annis. lxxij. sus-
peruicit. Sepulta apud presatum martyrem
operibus p̄is consumata.

De sancto Bonifacio epo. Cap. cxv.



Bonifacius episcopus

pus ferentiu⁹ duz adhuc puer cum matre habitaret: egressus hospitium sepius sine linea vel tunica redibat: qz mox nudum aliquem videbat se expolians illum vestiebat: et ex hoc eum mater sepius minis et verberibus affligebat. Die quadam mater horreum suum ingressa granum quod pro toto anno parauerat repperit a puero pauperibus distributum. Cumque hoc se pugnis et alapis contunderet: puer horreum ingressus in quo parum grani remanserat: matrem aliquamulum extirrogauit: et fusa oratione matrem ad horreum reduxit: quod plus quam primitus tritico plenum repperit: materque viso miraculo compuncta: exinde cepit vberes elemosynas elargiri. Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam vultus gallinae asportauit. Puer autem confusus ecclesiam intrauit: et oratione fusa vultus rediit: gallinam quam tenebat dimisit: mox ante oculos pueri exspirauit. Procedente igitur etate cum in moribus et sanctis operibus proficeret: ad episcopatum ferentine ciuitatis electus est. Cui ecclesie grauis paupertas inherat: quia vnam tantum vineam habebat. Que dum quadam tempore grandine ira vastata esset: ut vix in ea paruus rarietis rami remansissent: ille tempore vindemie constantio presbytero nepoti suo iussit: ut cuncta vine vascula more solito prepararet. Qui licet miratus: vnde impleri debuissent: iussa tamen episcopi complerit. Bonifacius ergo calcatorium cum solo puero ingressus modicos racemos puerum calcare iussit: ex quibus modicum vini desuxit. Quod ipse a paruulo vase suscipiens cepit in cuncta vasa diuidere: ut vix eo infusa viderent. Vocato quoque nepote presbytero pauperes adesse mandauit. Statimque vini adeo in calcatorio creuit: ut omnia vasa pauperum replerent. Quo facto egressus apothecam clauit et signauit. Tertio vero die oratione premissa cum constantio rediit: et vasa in quibus modicum vinum infunderat: vberim vinum fundentia inuenit: ita ut pauimentum infusum esset si episcopus tardius intrasset. Super quo miraculo ipse nepoti sub anathe mate silentium imperauit. Vocatus semel a fortunato presbytero ad festum sancti paulti martiris celebrandum accessit: peractaque missa ad refectionem intrauit: ubi quidam ioculariorum cum simula ludente astitit et cymbala percutere cepit. Quod vix sanctus dedignans stetit virumque illum mortuum preuenit. Finitoque continuo cum ille postquam comederat domum exiret: saxum de recto corruit et ipsum repente percutiens extinxit. Alio tempore nepos eius predictus constantius presbyter equum suum aureis frenis vendidit: et ipsos conscios paruo in archa reposuit. Cumque subito pauperes pro elemosyne conuenissent: et ille quid

eis daret penitus non haberet: absente nepote archas violenter aperuit: et xij. aureos inter pauperes codiussit. Reuerfus igitur presbyter cuncta que gesta fuerant reperisset magnis clamoribus pecunias suas reperere cepit. Quae cum patruus placare non posset ecclesiam adijt: orationem ad deum fecit: pallium suum extendit: et subito in eo aureos xij. fulgentes conspexit. Egressus quoque illos in facie presbyteri proiecit: dicens ei quod non habebat amplius quid quereretur: sed tamen propter auariciam suam episcopus non esset. In qua protestatione se nepotis secreta cognouisse et spiritum habere prophetie demonstrauit. Ille enim pro adipiscendo episcopatu pecuniam preparauit: sed tamen in presbyteratus officio vita excessit. Die quadam duo gorbij apud eum hospitati sunt: qui rauennam pergebant: quibus ille paruulum vini flasculum manu sua prebuit: quod fortasse in vno prandio consumere potuissent. Ex quo illi ut gorbij continue bibentes vix rauennam peruenerunt: diebus ibidem pluribus comorati idem vinum sibi diuinitus abundans in usum quotidie habuerunt. Et cum eodem poculo ad patrem redierunt. Ingressus semel horreum magnam erucarum multitudinem olera comedentium repperit quibus in christi virtute mandauit: ut statim recederent: et olera sua decetero non consumerent. Que omnes ad virtutem dei verbum confestim sic inde egressi sunt: ut ne vna quidem intra horreum spaciū remaneret. Sicque vir domini plebanus virtutibus in pace quiescit.

De sanctis Felice Fortunato mar. Ca. clxxij.



Felix et fortunatus

fratres ex ciuitate vicetia orti repositi diocletiani et maximiani imperatorum apud vrbem adleuam passi sunt sub euphymio pside. Qui cum ad prefatam urbem deuenissent et omnes ad templum iouis pro sacrificijs inuitarent. Felix et fortunatus germani a quodam apamio de christianitate sibi delati sunt: Quos ille ferro vincetos ante se duci fecit: et eos ad deorum immolationes hortari cepit. Et cum in christi confessione constantes persisterent: iussit eos preses fustibus cedi. Deinde in equuleo suspensos lampadibus adhibitis circa latera inflammari. Et post hec extendi super nos feruentis olei super ventres eorum perfundit. Et dum in his omnibus gratias agentes psallerent eosque gentiliū vti demonia confutarent: mandauit preses illos capitale subire sententiam: educti ergo extra ciuitatem muros postquam breuē orationem fuissent dato sibi iuicē pacis osculo decollati sunt. Quorum corpora a fidelibus nocte surrepta aromatibus condita sunt: vti sepulture traderentur. Interea vero ciues eorum ex vicentia illuc aduenientes ad ciuitatem sue originis corpora deferre volebant. Aquileenses vero contra